

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 17: De oratione (10)

Bernardus:

Quando nocturnus sapor profundum inducit silentium,
tunc purior ac securior est oratio,

nullo strepitu, nulloque amore turbata,

nullaque aspicientium laude temptata.

Bernardus:

“Quando nocturnis sapor profundum inducit silentium,
tunc purior et securior oratio,

nullo strepitu, nullo clamore turbata,

nulla aspicientium laude temptata.”

Stephanus de Borbone, *Tractatus de diuersis materiis praedicabilibus*, 3.7.4 (CCCM 124B, J. Berlioz & J.-L. Eichenlaub eds., p.284, ll.591-594).

Tempus feriatum commodius aptiusque,
maxime autem cum profundum nocturnus sopor indicit silentium:
tunc plane liberior exit puriorque oratio.

CONSURGE IN NOCTE, inquit, IN PRINCIPIO VIGILIARUM TUARUM,
ET EFFUNDE SICUT AQUAM COR TUUM ANTE CONSPECTUM DOMINI DEI TUI.
Quam secreta ascendit de nocte oratio,
solo arbitro Deo sanctoque angelo
qui illam superno altari suscipit praesentandam!
Quam grata et lucida, verecundo colorata rubore!
Quam serena et placida,
nullo interturbata clamore vel strepitu!
Quam denique munda atque sincera,
nullo respersa pulvere terrenae sollicitudinis,
nulla aspicientis laude seu adulazione tentata!

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 86.3
(SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.319, ll.2-10).